Quaest: 3. Quinam sint effectus peccati? 423.

praeter legem humanam. 3tio quod contra legem divinam. Imo reatus poenae habet sibi correspondentem remorsum conscientiae, quem theologi vocant Synteresin, quae nobis à natura est impressa, et nunquam extinguitur. 2dus reatus poenae habet sibi correspondentem poenam temporalem, quae ab humano iudice in hac vita infligitur. 3tius reatus poenae, habet sibi correspondentem poenam aeternam si peccatum sit mortale, cuius poenae Deus est auctor. Obiicies relapsus. ex illo ad Rom. 2. tribulatio, et angustia in omnem animam operantis malum. aliisque S. Script. text. ex quibus plane Deum hominem iustum vindicem destinare, adeoque ad poenam obligare eumque qui peccat, quod huic destinationi seu obligationi activae debet respondere obligatio passiva ad solvendam eam poenam, quae nil aliud est, quam ipse poenae reatus. quod ...

Omnis inordinatus animus sibi ipsi est poena. S. Aug. l. 1. conf. c. xii.

Poena vindicta est, quae ipsa per se ... satisfacere; Medicinalis, quae sumitur propter peccata, ut caveantur. Satisfactoria est, quae suscipitur pro altero, uti Christus sustinuit poenam satisfactoriam pro nobis.

Sic 3tio. effectus peccati est poena prout vindicta.

Obiicies. illa poena est effectus peccati, quae sustinetur ab eo, qui peccatum commisit, atqui sola poena prout vindicta est sustinetur ab eo, qui peccatum commisit, ... poenam qualemcunque vindictam subire potest, sive à Deo, sive ab homine pro peccato alieno, qualem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII6_2/0435
gefördert durch
Baden-Württemberg